



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 8. De dubiis circa Iurisdictionem in foro interiori,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

76.

Ad quem etiam modum, ex eod. Caiet. ibidem, interpretari licet, quod viatores dicuntur de consuetudine in Pa-
te suscipere penitentia & Eucharistia Sacra-
menta in loco, in quo tunc fuerint; etiam si malit ipsi dicendum esse, quod
talis licentia habeatur generaliter a Papa; eo quod legitur
Eugenius quartum concessisse fei declarasse viuae vocis or-
aculo, viatores vbi se inuenient in Paschate, ceasendo
tanquam adeptos in colatum, quod Sacramenta Penitentia & Eucharistia. Siue autem hoc, siue illud dicatur, parui
refert, pro praxi: difficultas verò de viatoribus, cui de con-
suetudine possint confiteri, sufficienter explicari videtur se-
quentibus propositionibus.

*Explicatio difficultatis de viatoribus, cai de consuetudine
possint confiteri.*

77.

Prima est de viatoribus, qui reliquo priori domicilio, a-
liud sibi querunt iter faciendo, aut nauigando, nequid
statuerunt vbi confiteri debeant, idem esse, acutae de vagabundis
cenendum. Hanc exprefserunt à Victoria & Nauarr.
ille de Sac. am. nu. 15. & hic ad cap. Placuit. De penit. dif. 6. num. 82.
Et probatur, quia tales viatores sunt sine domicilio, perinde
ac vagabundi, lege Eius 2. ff. Ad municipalem. §. 2. sub
finem.

Secunda est: viatores, qui sibi domicilium delegerunt seu
transtulerunt ex una Parochia in aliam, effici Parochianos il-
lus Parochia, in quam migrarunt animo ibi perpetuo resi-
dendi. Hæc habetur ex cap. finali de Parochiis.

Tertia est: qui non mutant, sed cumulantur domicilia, vnu
habentes in una Parochia, in quo unam anni partem: alte-
rum, in quo alteram partem transigant, Parochianos esse Pa-
rochorum utriusque Parochia. Hæc deducitur ex cap. Cum
quis. De sepultris in 6. vbi decernitur, si talis eligat sepeliri
extra eas Parochias, inter viramq; dividendam esse portione
canonicam, id est, quartam partem emolumendorum: qua-
tertia illa Ecclesia ex funere accepit, debitam Parochiali Ec-
clesia. Secus vero est de iis, qui, cum habeant domicilium in
ciuitate vel castro, recreationis gratia, vel vt opus aliquod et-
iam rurale exercitant, eunt aliquando ad villam ruralem: no-
n enim ex eo sunt Parochiani loci, in quo est villa, adeo ut ibi
morientes, debeat in Parochiali Eccllesia dictè cunctis, vel
castris sepeliri, vel in alia, in qua maiorum suorum sepultura
ab antiquo extitit: dummodo pessimè fine periculo deportari,
vt definitur in cap. Is qui eod. titulo & libro.

Quarta propositio est: Viatores, qui prius domicilium re-
tinere statuerunt, nec nouum sibi constitutere volunt, si absint
ab illis suis domiciliis de licea sua suorum Parochorum, aut
Episcoporum, ceasendo esse licentiam tacitam habere co-
fisiē alieno: sicut a tè nu. 68. dictum est de peregrinantibus.
Hæc est Nauarr. in seq. num. 85. quam probat, quia his quoque
sunt superiores, dum expressam licentiam recedenti dant, ra-
citam quoque confidunt alieno date meriti censentur: tan-
quam de necessariis ad vitæ spiritualis sustentacionem, cu-
rantes per alios prouidere suis, quibus non possunt per se in
corum absentia.

78.

Magna autem difficultas est de iis, qui absque Superioris
licentia absunt predicto modo a suis domiciliis: num possint
alieno confiteri, saltem Parochio loci ad quem venerunt: De
qua Sylu. Confessor. 1. quest. 10. citatis authoribus, & Nauar. in
eodem nu. 85. & aliquot sequentibus, allia sunt rationibus in viram-
que partem, statuunt non posse, non modò cum non elegant
habitationem (vptote qui absentes à domiciliis suis no-
lunt, vbi sunt, diutius morari) sed etiam cum alicubi ele-
gunt habitationem, siue maiorem siue minorem annali. Pro-
batur, quia ratione nuda habitationis nemo sortitur forum
conscientiae, si alibi habeat domicilium: quia nullum ius da-
tur (vt in sequent. num. 88. notatum est ab eodem Nauarro)
per quod probetur sortiri. Ceterum quia iam vñus inualuit
in contrarium, quæ pro eo Suarez habet tomo 4. dif. 25. sect.
2. attendenda sunt.

79.

Ac primò quo ad viatores, qui in uno loco domicilium
habent, & alibi quasi domicilium, habitationemve diutur-
nam quidem, siue pro maiori anni parte; non tamen fixam
(quales censentur tum scholastici, tum milites praefidiani),
tum etiā litigantes, ac mercatores, quia in alienis oppidis diu
moratur: erit ille, quod per id ipsum quasi domicilium subii-

ciantur Parochis illorum locorum in quibus habitant. Pro
quo facit quod moraliter necessarium sit eos, sicut alios in-
colas, habere ad quos spectet ex officio ministrare ipsis Sa-
cramenta eo tempore quo ibi demorantur. De quo Thom.
Sanchez. copioso in lib. 3. de matr. dif. 23. quest. 2. Nō esse au-
tem opus cum Nauarro uti restrictione, vt id dicatur tunc pro-
cedere, cum huiusmodi homines nequeunt facilem recursū
habere ad proprios suos Sacerdotes, probat Suarez in ante-
dicta seq. 2. nu. 6. quia quodlibet virgo: nullo iure confiteat per
solam in habitationem diuturnā forum acquiri: nimis multū
probatur. Nam pariter ostendit deesse Parochio iurisdictionem
in alienum demorantem in ipsius parochia, qui non valet
facile recurrere ad proprium suum Sacerdotem. Ad de quod
ipse fateatur talem recursum ferè semper difficultem esse: i-
deoque introductam esse memoratam consuetudinem, que
non definit vim habere vniuersalitatis legis, ex eo quod talis di-
fficultas in qua fundatur, cesserat in aliis particularibus.

Adiuerte hinc obiter (quod loco cit. num. 14. Sanchez habet
altos referens) ad acquirendum quasi domicilium non esse
opus, vt quis maiori anni parte in Parochia habitat, statim
enim atque animum habens habitandi maiori anni parte,
incipit habitare, fit quasi Parochianus: sicut statim ac quis in-
cipit habitare, animum habens ibi perpetuò manendi, Paro-
chianus fit simpliciter, iuxta ea quæ habet Sylu. Cœter in verbo
domicilium, num. 2.

Quoad viatores autem iterantes, eosque qui habentes
proprium domicilium, extra illud peregrinantur necalibi
statuant confiteri, nisi ad breve tempus; vt vñi venire solet
mercenariis locantibus operas ad fodiendum, aut altius o-
pus eiusmodi facendum; Suarez in seq. n. 8. aliis citatis, valde
probabile indicat aliam esse de eis rationem, quam de pre-
cedentibus; quia cum nec domicilium nec quasi domicilium
de novo acquirant, eundem semper firmum retinent Paro-
chium; cui, iuxta cap. Omnis utriusque sexus. De peniten. &
remiss. confiteri debeant, non alteri, nisi de ipsius licentia.
Et ita de rigore iuris tenendum esse, ostendit consuetudem, que
olim viguit inter fideles, vt facultatem peterent a suis pro-
priis Sacerdotibus ad factendum iter: quia concessa censebat-
ur simili daga licentia confiendi alteri, si opus esset. Sed
quia iam desit talis confiendum; nec id existimandi sunt
proprii Sacerdotes velle subtrahere præsidium speciale Sa-
cramentorum Penitentia & Eucharistia suis subditis, cum
sibi necessarium, aut saltem vtile esse iudicauerint: teneri po-
test quod addit idem Suarez ibidem, tales de tacto consensu
suorum Parochorum post confiteri vel Parochio loci ad
quem perueniunt, vel alteri habentib; eo, vel ab Episcopo
loci, iurisdictionem delegatā. Quamquam, addit ille si fu-
reint ibi alii habentes iurisdictionem à Papa, securius erit illis
confiteri, quia res erit magis certa. Addit hinc quoque exigunt
bona fidem; quia si quis ad hoc tantum ageret iter, vt
haberet occasionem confitendi alieno, & fugiendi confusuram
proprii Sacerdotis volentis amputare occasiones peccatorum,
lam illa non esset necessitas; sed mera voluntas, nec inten-
tionis Pastorum, nec Ecclesiæ consuetudini conformis.
Sicque ex defectu iurisdictionis censenda esset confessio in-
valida. Ad confirmationem fuit tentativa idem Suarez in
seq. num. 9. inducit quod ex Caiet. ante allatum est. Eugeniu-
s declarasse viatores vbi se inuenient in Paschate, tanquam
incolas esse centendos, quod P'penitentia & Eucharistia Sa-
cramenta. Ea enim declaratio non est limitatio licentia via-
toribus concessæ accipendi ab alieno Sacramento Penitentia &
Eucharistia, sed potius extensio: quia de aliqua tali
acceptione dubitari potuit, maxime de illa quæ contingit
Paschate, quia eo maxime tempore obligatio est accipendi
Sacramenta ipsa à proprio Sacerdote. Vnde si ex eadem de-
claratione possint tunc accipi ab alieno Sacerdote, poterunt
etiam quocumque alio tempore, si necessitas, aut specialis
vititas id exigat.

CAP V T O C T A V V M

De dubiis circa iurisdictionem in foro interiori:

S V M M A R I V M.

81 Non tenetur Parochus sub peccato, audire sui subditii confessionem,
ni si vrgeat confitendi necessitas.

- 82 Peccatum nibilominus venia iter sine instanciā recusans audire.
 83 Per eiusmodi iurisdictionem non est censendus facere potestatem
 confidendi alteri pro arbitrio.
 84 Eum, cui malitiosè proprius Sacerdos licentiam petitam negat,
 non posse ipso confidere alieno.
 85 Quod procedit, etiam si nullum virgeat confidendi preceptum, in-
 suaque adfusa causa alteri, quam eidem proprio Sacerdoti confidendi.
 86 Responso ad id, quod ex cap. placuit. De penitent. distinct. 6. in
 contrarium obicitur.
 87 Præsumptio de auctoritate in eo casu, alieno concessa, siue à supe-
 riore Prelato, siue etiam à Christo.
 88 Quomodo possit peccator (vt concubina Curatus) suo complice vali-
 dé confidere, & ab eo absolviri.
 89 Spes futura ratificationis proprij Sacerdotis non sufficit, vt subdi-
 tum ipsius possit alienus in confessione audire & absoluere sacra-
 mentaliter.
 90 Nec sufficit spes de presenti, quod ipsi placeat id fieri.
 91 Quod non sufficit voluntas presumpta proprij Sacerdotis, etiam si
 nec indicium nec causa appareat, cur ipsi non placeat.
 92 Non potest Parochus alienum absoluere, etiam habentem tan-
 tum peccata in parochia ipsius commissa.
 93 Non modo iurisdictionem habens ordinariam, sed etiam habens
 tantum delegatam potest omnium locorum audire, & absoluere eum,
 in quem illam habet.
 94 Religiosi à iure concessum priuilegium audiendi confessiones,
 quantum operetur.
 95 Generali licentia eligendi Confessarium non extinguitur extin-
 ctio eo, à quo concessa est, nisi eam ad suum placitum restrinxerit.
 96 Per talem licentiam liberum esse, nunc vnum, nunc alium elige-
 re, quoties placuerit.
 97 Reperienda est confessio facta habenti in pedimentum iuri natu-
 rali, aut diuinis.
 98 Itemque facta ei, cui nullus superior legitimus iurisdictionis titu-
 lum consilit.
 99 Non est autem ex eo repetenda, quod facta sit ei, cui superior con-
 sultus quidem iurisdictionis titulum, sed inuiditum ob aliquod la-
 tens impedimentum, si quidem talis defectus ibi, & quando con-
 fessiones audi, communiter ac probabilitate ignoratur.
 100 Valere potest sacramentalis absolutione dat a ab eo, qui verum iu-
 risdictionis titulum, quem prius habebat, amissi: si talis amissio sit
 ignorata, secus, si sit notoria.
 101 Ad quid teneatur qui bona fide confessus est Sacerdoti non haben-
 ti in ipsius iurisdictionem.
 102 Quomodo licet administrare Panitentie Sacramentum cum
 iurisdictione dubia. Arque observanda quando sit confessio habenti
 iurisdictionem dubiam.
 103 Quod in proprii dictum dubium de iurisdictione Sacerdotis, non
 obstat, quia in sacramentaliter absoluere possit.
 104 Quando valida sit confessio facta ei, qui audiendi facultatem
 petit, sed quid responsum sit, non intellexit.
 105 Ob reuocationem facultatis audiendi confessiones, e non redi-
 duntur inuiae, nisi illa intimata sit.
 106 Tres casus, in quibus exceptionem patitur generalis facultas con-
 fessa ad absolucionem ad referuatis.

Multa dubia mouentur circa iurisdictionem in foro
 interno, de qua nobis est sermo, quibus superet fa-
 tisfaciendum.

Primum est, an iurisdictionem habens ordinariam, teneatur sui
 subditii confessionem audire, quoties
 ille postulauerit.

Mouetur tantum istiusmodi dubium de habente iuris-
 dictionem ordinariam: quia ei soli ratione iurisdictionis
 incumbit ex officio ordinaria animatum cura pastoralis:
 non item alius, nisi affirmantur ad sebe undas illorum vices.
 Non habet autem difficultatem quod Episcopos, & alios
 maiores Praelatos. Conceditur enim facile quod propter
 universaliorem, quae incumbit ipsi, Ecclesiæ administratio-
 nem, possit (quando in contrarium nulla grauius necessitas
 virga subditum suum petentem sibi confiteri, remittere ad
 ipsius Parochum, à quo audiat, aut per quem de alio idoneo
 ipsi prouideatur). Tota igitur difficultas est de eodem Pa-
 rocho, aut alio qui simili munere fungitur, vel qui eius vices
 gerit. Sotus autem, & Nauarrius. ille in 4. dist. 18. quest. 4. art. 2.
 & hic ad cap. Placuit De penit. dist. 6. nu. 152. quibus assentitur

Suarez tomo 4. dist. 3. sect. 1. affirunt Parochum teneri audire
 confessionem sui subditii id potest, etiam si nulla necessi-
 tas virgeat, nisi seruis ipsi negotiis detineatur: quia Pastoris
 officium est, gregi suo ministrare pabulum: quod Parochus
 non exequitur, nisi populo suo procuret non solum necessi-
 taria, sed etiam utilia ad salutem.

Medina autem in Cod. De confessione quest. 37. post Richar-
 dum in 4. dist. 18. art. 2. quest. 3. (quem etiam sequuntur Sylve-
 ster & Fumus ille Confessor l. m. 14. & hic verb. Absolutio nu. 28.)
 existimat, ne Curatum quidem teneri sub pena peccati mor-
 talis audire suorum confessiones, extra casum, in quo confi-
 denti illi adfringuntur, velire humano, ut semel in anno:
 vel iure diuino, ut in verosimili mortis periculo: aut quies-
 tis tale remedium eis necessarium esse videtur ad aliquod
 peccatum mortale viandum. Namque alias nec lege frater-
 nis charitatis, nec ratione pastoralis officij tenetur. Non
 quidem lege charitatis fraternalis, que omnes aequaliter re-
 spicit, iuxta illud Ecclesiastici 17. Mandavit illis vincique
 de proximo. Vnde cum aliis Sacerdos non peccet mor-
 taliter contra legem fraternalis charitatis, nolendo audire
 alios confessores; nec peccabit Curatus. Ille autem
 extra casum necessitatis non peccat mortaliter, quia lex chari-
 tatis fraternalis non obligat sub mortali, nisi cum proximus
 laborat necessitate, seu quando verisimile est ipsum
 sine opera nostra salutem hinc anima, siue corporis adipisci
 non posse. Quare nec Curatus nolens audire suum paro-
 chianum extra tempus necessitatis confidendi, censendus
 est peccare mortaliter contra charitatem. Nec etiam ratio-
 ne pastoralis officij mortaliter peccare contra iustitiam,
 probatur: quia officio suo satis facit, si onera sibi à iure, vel à
 Superiori imposita compleat. Sed neque ius, neque Super-
 iorim imponit Curato Sacramentum penitentiae ministrare
 subditis, nisi cum necessarium est hos illud recipere. Vnde
 quamvis Curato commisla sit cura subditorum tanquam
 patri filiorum spiritualem: tamen sicut pater carnalis satis-
 facit suo officio dando filio necessaria, alii abundantioribus
 denegatis: ita etiam Curatus suo satisfacere iudicandus
 est, Sacra menta necessaria tunc ministrando subdito, cum
 eorum sucipliendorum necessarias virget.

Negandum tamen non est, quin officium pastoris, si non
 de necessitate, saltem cum congruitate exigat à Curato, ut suis
 operam praestet, iuxta priorem sententiam: ita ut eam denegans
 vituperatione dignus sit, & venialiter peccet; idq; non
 numquam grauiter; ut cum lucrandum esset Jubileum, aut
 subditus ostenderet se patialiquam indigentiam spiritalem,
 opportunoque tempore petret, nec rationabilis negandi
 causa adferret. Non peccaret tamen mortaliter contra debitu-
 dum iustitia, quia licet subdito aliquodius habeat petendi
 Sacramentum à suo Curato, quo ius vult confiteri, non ha-
 bet tamen coactuum, quo possit contra eundem agere, &
 extra casum necessitatis compellere ad Sacramentum ipsius
 ministrandum, sicut nec filius potest compellere patrem ad
 aliqua non necessaria, licet commoda, sibi largienda.

Secundum dubium est, an proprius Sacerdos recusans audire subditii
 confessionem, censetur eo ipso tacite dare ei licentiam adeun-
 di alium, ita ut pannis repulsam possit quemcumque
 que Confessarium eligere.

Huius partem affirmantem, hoc est, posse, tenent Richar-
 dum, Sylvester, & Fumus locis citatis: negantem
 vero, hoc est, non posse; tenet Sotus ibi supra, que videtur
 probabilior. Neque enim licet talen licentiam facilè sibi
 fingere, cum ad validitatem confessionis ea tantopere sit
 necessaria: neque proposita Parochi recusatio sit illius date
 sufficientis argumentum. Etsi enim facilis & misericors esse de-
 beat Parochus, peccare que se præbendo difficilem ex D. Thom-
 as in 4. distin. 17. q. 3 art. 3. ad 6. tamen merito præsumitur
 velle, ut ea expresse petatur, dum ipsa sua sponte eam non
 offert, præterim cum tamen possit responsum dare dicendo,
 ad eas alium, quam dicendo, Nolo te audire. Accedit, tamen
 quod volens alieno confiteri, teneatur licentiam à proprio
 Sacerdote petere, ac obtinere, ex prescripto cap. omnis v-
 triusque Iesus. De penitentia & remissione etiam, quod
 Curato recusanti audire subditū, adesse possint occasiones

82.

83.

negandi licentiam confitendi cuiuslibet cum vereri debeat ne
is audeat aliquem minus idoneum, qui non inducat ad vitæ
emendationem, & peccatorum odium: vel non cogat ad re-
stitutionum faciendam: aut ad declarandum peccatorum
numerum & circumstantias, quæ sunt cause iusta negandi
talem licentiam, iuxta doctrinam quam pro Curatis de ea
tradunt D. Anton. & Sylvester, ille 3. part. tit. 17. cap. 16. &
hic confessori, quest. 16.

Tertium dubium, An si curatus petratam licentiam mat-
tofie negat subditu, possit hic eo ipso
confiteri alieno.

De hoc, repudiat à sententiâ contraria Paludani Franci-
eus à Victoria de sacram. num. 145. cum Diu. Thoma in
4. distin. 17. q. 3. art. 3. questione 4. ad 5. & cum Cajet. in verbo
absolutio ex parte absoluens, sentit recurrentum esse pa-
tentia ad superiorem, ut ad Episcopum, vel Papam; à quo si
non possit licentiam obtinere, habere se tanquam Con-
fessoris copia carentem, ita ut contritus possit (quod
addi Medina in eod. de confess. quest. 30. eandem senten-
tiâ approbans) Missam celebrare, aut Eucaristia lumere.
Eidem sententia alii in eam citatis subscribit Suarez 10. 4. disp.
27. sed 4. nu. 20. & 21. ad cuius rationem potest haec additi-
pari: quod extra mortis arculum alienus nō magis habeat fa-
cilitatem absoluendi à mortalibus sine licentia proprij Sacer-
dotij; quam inferior absoluendi à referentiis sine licentia su-
perioris cui reserata sunt. At Superior facultatem ab-
soluendi à referentiis negat, etiā malitiosè, inferior absolu-
re nō potest, cū perseuerer referentiis validitas è absolutionis
sacramentalis impediens, ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. & can.
13. Quare nec poterit alienus absoluere, negante licentiam
proprio Sacerdoti. Quod Canus de penitentia parte 6. adeo
verū esse putat, ut dicat nullum, nisi indoctum & temerariū,
admissum è tali contrarium. Et confirmatur per verba illa ca.
Omnis virtusq. fides. De penitentia & remissione. Si quis autem
alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa, sua confiteri pecca-
ta, licentiam prius possit, & obtineat à proprio Sacerdote:
cum alter ipsum non possit absoluere vel ligare.]

Vnde loco citato Medina ponderando verbum (voluerit)
inferr nec sicutiam esse dictam licentiam in confessionibus
etiam voluntariis, seu quæ extra tempus Paschale sunt ex
devotione. Inferri quoque potest (ponderatis verbis iusta
de causa,) quod tangunt Franciseus à Victoria loco citato &
Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. in nullo casu extra mortis articulū,
ne quidem cum adfuerit iusta causa non confiteri proprio
Sacerdoti, liberum esse confiteri alieno absque licentia, vt
cum timerebuit scandalum, vel reuelatio confessionis; vel a-
liquid cognoscetur in ipso proprio Sacerdote, propter
quod merito deseratur: ut inficiatur indiscretio, australis simile.
Confideri à pati hæc illatice: quia mortuo Parochio, vel
excommunicato nominatum, aut ob iniustam Clerici per-
cussionem (qui, cum suæ iurisdictionis vsum non habeat,
delegate non potest, ex cap. Roma. De officio Vicarij in 6.)
non licet Parochianis cuiuslibet confiteri eo nomine, quod
nequeant licentiam à suo Parochio obtinere: sed illi tantum,
quem Episcopus, vel Papa prouiderit. Quare neque illud li-
cer, quando Parochus licentiam malitiosè denegat; sed tunc
ad Superiorē (cui ius suum malitia inferioris non tollit) re-
currentum est: sicut cum quis casum habet Episcopo refer-
atum, à quo malitiosè recusat absoluere, recurrentum est
ad Papam pro absolutione. Et certè si aliquo iure concedere-
tur cōfiteri cuiuslibet Sacerdoti, hoc ipso quod iusta ad sit: cau-
sa non confidetur proprio, inde aperitur via multis abusi-
bus qui committerentur, dum quisque faciliè ansam arri-
pet, fingendū malitiam, vel defectum perniciosum in pro-
prio Sacerdote: quod incommodum maius est, quam illud
quod contraria sententia propagnatores obiciunt, fo-
re ut alius subtrahatur remedium a Christo institutum, quo
possit ex attrito fieri contritus. Namque sine Sacram èto pœ-
nitentia re ipsa suscepere, potest corrigitio obtineri, cum ut su-
ceptione Sacram enti pœnitentia, sic & susceptione Eucha-
ristia (ad quam is qui ob inopiam Confessarij confessus non
est, si virgeat necessitas, admittitur, iuxta Concil. Trident. sess. 13.
cap. 7. possit quis ex attrito fieri contritus. Quæ responso est
Sotii supra citato art. 2.

Quod autem pro eadem contraria sententia adfertur ex
cap. Placuit De penitentia distinct. 6. cum alicuius proprius
Sacerdos ignarus fuerit, licere alieno Sacerdoti illum
ad penitentiam suscipere sine eiusdem proprij consen-
si. Canus loco citato intelligentum censet de penitentia
publica, quæ cum imposta est ab uno Sacerdote, curabat
penitentis per alium Sacerdotem relaxari: quod illi Urbatus
2. prohibet fieri, nisi prior Sacerdos adeo imprudens & igno-
rus fuerit, vt penitentiam indixerit indiscretam. Quod si
quis contendat, ad rem quoque eam, de qua agimus, accom-
modandum est: illum canonem: Nauarrus in eūdem, num.
141. & aliquo sequentibus, quatuor adhibet responsiones,
quarum quarta, quam ceteris repudiatis amplectitur, est: li-
mitatus esse hac ex parte per post editum cap. Omnis vni-
usque sexus De penitentia & remissionibus, quod quidem
exigit, ut qui iusta de causa velit alieno Sacerdoti confiteri, id
faciat prius posita & obtenta licentia à Parochio: de qua re la-
tius Suarez in cit. disput. 27. sect. 2. num. 12.

Quod vero in eadem responsione Nauarrus addit, petitâ
licentiam, sive obtineatur, sive non, sufficere ad confiden-
tium alieno Sacerdoti, quando iusta de causa propriis defe-
ritur, iam antè refutatum est: & adhuc ex eo reicitur, quod
sufficiens iurisdictione delegata non habeatur, nisi concessa à
proprio Sacerdote, iuxta citatum cap. Omnis vniusque fe-
xus. Nec; ea in tali casu censenda est concedi ab Episcopo,
vel à Papa: quia id tantum est præsumptio voluntatis iplo-
rum, nullo extero signo ab eis indicata, nec per aliquam
cōsuetudinem testificat, aut per ius aliquod intimare: proinde
que insufficiens ad moralem certitudinem, quæ in re
tantim modicis exigitur. Neque concedi à Ch. isto patet: quoniam
(vt in prius citato num. 21. Suarez art. 2. n. 2. n. 2.)
quantum cumq. casu vel iniuria deficit institutum ad salutem neces-
sarium remedium, non id est statim Christus in eo dispensat,
vel de alio prouideret, ut si desita aqua ad Baptismum necessaria,
non statim dispensat, vel vinum possit ad eum sufficiere.

Addit ad antedicta Sotus in fine cit. art. 2. de peccatore, qui
peccati sui complices habet Sacerdotem suum proprium:
vt de concubina Curati, si sine aliorum scandalo: quod valde
dificile est, possit ei confiteri, posse quoque ab eodem val-
de absoluiri, si nullum alium ponat obicem: quæ est etiam Rich-
ardii sententia in 4. distin. 17. art. 3. quest. 7. & communis.
Si autem aliquid eiūmodi ad sit pertinet, talem quidem
pesse Curatum ipsum deserere: non tam in fine ipsius licen-
tia alteri confiteri. De qua re videri potest Medina in codice
de confessione, quest. 33.

Quartum dubium, An ratione fœi ratificationis proprii Sacerdotio,
possit alienus confessionem alicuius excipere, & ipsius
abfoluere.

Doctores, vt Sylvester Confessor. i. quest. 6. versu 8. à Victo-
ria De sacram. num. 153. Nauat. in Enchir. cap. 9. num. 5. &
ad cap. Placuit De penit. dist. 6. num. 105. ac Sotus in 4. distin. 18.
quest. 4. art. 3. communiter & itud explicant distinctionem,
quam in preced. cap. num. 60. & 70. iam attigitus. Si illa spes
fit de futuro; nempe quod Superior, qui facultatem dare po-
test, ratum habebit, quod factum fuerit; tunc omnium
consensu nullum esse Sacramentum, ne quidem si Papa ra-
tum haberet.

Ratio optima est, quod Sacramentum collatum cum de-
fectu, alicuius eorum, quæ pertinent ad ipsius substantiam,
nulla ratificatione futura, ne quidem Papa, validum esse
possit; cum substantia Sacramentorum ex Christi tūcum sit
institutione. De substantia autem Sacramenti penitentiae
est, ut minister illius sit Sacerdos habens actu iurisdictionem,
sive ordinariam, sive delegatam, ex Concilio Tridentino
sess. 14. c. 7. Accedit prout bene virget Franciseus à Victoria;
quod in substantia Sacramenti nihil sit pendens ex futuro: si
que aliquid ad substantiam illius spectans desit a initio, id
nullus homini auctoritate postea suppleri possit. Vnde illa
regula iuris in 6. ratificatione & equiparatur mandato, non ha-
bet hic locum, sed tantum in rebus, que pendent ex voluntate
& mandato hominis: ut recte explicat Med. in Codice de
confessione quest. 31. corol. 1. Neque proposita sententia
aduersatur, quod Episcopus alienus aliquem ordinare possit,
quando scit proprium Episcopum ipsius id ratum habitu-

rum. Sic enim refertur in cap. Lugdunensis 9. quest. 2. D. Epiphanius quosdam Clericos in diecessi D. Chrysostomi ordinasse: non aduersatur, inquam, quia, ut recte ait Palud. in 4. dist. 17. quest. 3. art. 3. sub finem. ex eo quod quis ab alieno Episcopo ordinetur, nihil detrahitur eorum, que ad substantiam Sacramenti Ordinis sunt necessaria: sicut cum aliquis alieno sacerdoti, sine proprii licentia confiteatur: Episcopus enim, quantumcumque alienus sit, Episcopus est: & ideo sufficiens Minister ordinis. Sin autem dicta spe; ratiabilitationis sit de presenti; ut cum quis sibi tantum de proprio Sacerdote pollicetur, ut non dubitet ipsum velle suos subditos auditum esse, & absoluere; tunc Doctores: Sacramentum validum esse communiter dicunt. Alij quidem sine restrictione, ut Navar. ibidem, cum rem exemplo illustrat, sic inquisiens: Sunt duo Sacerdores quorum alter est meus Parochus, alter vero eisdem Parocco fatus fama, vel confundendae cognitus: adeoque illi probatus, ut tantumdem, aut etiam plus (sicutem ratierte) illi placeat suos ei confiteri, quam sibi: quo casu posito, confessio a me eidem facta valebit, propter presentem parochiarathabitionem tacitam.]

Alij vero, & melius, vt vntur restrictione, qua negant illam validitatem sufficere proprii Sacerdotis complacientiam; ut Franci. à Victoria, inquit in loco citato, ratificationem de presenti, si per eam intelligamus complacientiam virtutalem, consistente in eo, quod si moxneretur proprius Sacerdos de tali auditione confessionis, capisci placere, non sufficere ad licentiam audiendi confessiones. Ad quod confirmandum Suarez tomo quarto disputatione 26. sett. primi numero 16. rationem adferit: quia interior voluntas non sufficit ad daadam talen iurisdictionem, cum debet conferri humano modo; neque homines cognoscant interiores voluntates, nisi per externa figura. Quare dicta complacientia, nisi per exterrnum signum sufficienter innotescat, censenda non est conferre hac iurisdictionem. Talis signum exemplum esse potest, si proprius Sacerdos aliquando dixerit, Mihi placeret talen Sacerdotem audire confessiones meorum parochianorum; aut si videat suum subditum confiteri alteri, & faciens dissimulet, cum possit resistere: eo enim causa dat signum exterrnum interioris complacientiae, sufficiens ad licentiam tacitam: sine (vt vocat Sotus) ad confessionem interprætium, ut subditus confiteri alterno. Quod si exterrnum signum tale fuerit, ut rem relinquit dubiam, non esse censendum sufficiens, bene addit. Suarez: tum quia non satie manifestat voluntatem: tum quia tentantem absoluere, exponit periculo nihil faciendo.

Porro Medina in cit. quest. 31. corol. penult. eam restrictionem temperandæ esse significat, ut ait; quod si proprius Sacerdos nullum signum exterrnum dederit sua voluntatis concedendæ, vel negandæ subditis licentiam confiderendæ: casuque occurrat, in quo rationabiliter de illius voluntate concedendi ideo præsumatur, quod nec villa adhuc indicia conuariæ in eo voluntatis, nec villa causa negandi appareat; tunc ob præsumptionem ipsam rationabilem tacite licentiam proprii Parochi, posse parochianos licite confiteri alieno Sacerdoti, ab eoque absoluere; quandoquidem rationabilis præsumptio, quod ad eff. Etū excusanda noua culpa, & equiparatur scientia. Quamquā, si veritas sit contra præsumptionem, confessio erit nulla. Itaque (inquit ille) quādiu de veritate præsumptioni opposita non constituerit, licet stari poterit præsumptioni; cum autem de ea constituerit, nempe quod Curatus nunquam vere consensit suos Parochianos confiteri Sacerdoti alieno, confessiones huius factæ ab illis, eruntiterande. Quia sententia in praxi facilior est quidem quam præcedens, sed minus secuta; quia talis præsumptio non ponit in proprio Sacerdote confessum, seu voluntatem dandi licentiam, sed tantum ponit in alijs de tali voluntate opinionem, seu fiduciam, quæ non datur iurisdictionem, ut patet: quia si proprius ipse Sacerdos postea expresse nolit datum habere factum, nec in iurisdictionem pro illo tempore præterito consentire, dicendum est nullam fuisse abolutionem; aut alienum Sacerdotem iurisdictionem habuisse, sine villa voluntate proprii Sacerdotis, imo contra eius voluntatem; quod absurdum est.

Quintum dubium, An habens tantum peccata commissa in aliena parochia, possit ab eiusdem parochia Curato audiendi in confessione, & absoluere abque alia licentia.

Ad hoc respondendum est negative, per illud quod ex Glossa penult. in cap. Placuit L. 16. qu. 1. communiter receptum Navar. ad cap. Placuit De poenit. dist. 6. num. 83. testatur: videlicet neminem ratione delicta fortius forum conscientiae; id est, neminem eo ipso quod alicubi deliquerit, illius qui ibi praest iurisdictioni subjici quoad forum penitentiale, etiam si fortius forum causarum: in quo qui praest, iurisdictionem suam potest secundum ius in eum exercere, ex cap. primo De privilegijs in 6. Cuius differentia Suarez tomo 4. disput. 25. sett. 1. infine. alias citatis rationem hanc adferit; quia iudicium fori cautarum ordinatur ad exterrnam gubernationem, & publicam punitionem; quæ fit ad aliorum exemplum: Ideoque expedit ut ibi puniatur delictum, bi committitur: hoc vero iudicium ordinatur ad exterrnam salutem, & ecclesiæ reconciliationem cum Deo. Quocirca nihil refert, quod in hoc, vel in illo loco committantur peccata, quando à Superiori non referuantur.

Sextum dubium, An habens iurisdictionem in aliquem, quoad forum conscientiae, possit illum audire in confessione & absoluere extra locum eiusdem iurisdictionis.

Ad hoc Syluester in verbo Confessor. quest. 14. significat respondendum esse distinctione; nempe quod iurisdictionem habens ordinariam, id possit non autem habens tantum delegatam. Aut enim proprium Sacerdotem posse absoluere parochianos suis sine intra territorium parochie suis, sive extra: quia ijs quæ sunt sine strepitu & extera solemnitate iudicij, nullius territorium lœditur. Extraordinarios autem Confessarios, ut religiosos mendicantes, ait, non posse extra territorium absoluere: quoniam in Clementina Dudum. De sepulturis. §. Statuimus: ita illis Episcopo praesertim conceditur facultas audiendi quocumque sibi coferri volentes, ut extra ciuitates & dioeceses, in quibus fuerint deputati, nullatenus sint audituri. Quam responsonem Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. art. 3. rejecit ex eo, quod in eadem Clementina. §. Per huiusmodi; Religiosis praedictis tantum potestis tribuatur, quantum Curatis concessum est à iure. Vide constat nullam rationem esse distinguendi inter utrosque in hac re: quod Xistum 4. determinasse meminit à V. Victoria De Sacram. num. 151.

Illiud vero citatum ex §. Statuimus; sic accipi potest, ut non fuerit illi Pontificis animus restringere illocum, sed persona, sensusque sit, non quod nullatenus illi possint confessiones audire extra ciuitates & dioeceses, in quibus deputati fuerint: sed quod extra eas non possint audire confessiones illorum; quia arias ciuitates & dioeceses pertinent: ne scilicet ipsi pueri, & vbi se præsentari suerint, eff. totius orbis Confessores, ut inquit Sancte lib. 3. De matrimonio dist. 34. num. 2. in fine. Adverte tamen per privilegium Xisti 4. cuius meminit Navar. in Enchir. cap. 27. num. 275. eosdem habere potestem audiendi confessiones omnium, quia ad sua loca confidendi causa venerint, licet non sint de episcopatu, ad quem fuerint presentati. Tantum ergo illis negatur potestas audiendi tales extra loca, pro quibus deputati sunt.

Septimum dubium, An licentia generalis eligendi Confessarium, siue a Papa, sive ab alio, qui dare potuit, concessa, extinguatur exinde concedente.

De hoc Navar. ad cap. Placuit De poenit. dist. 6. num. 161. & quinque sequentibus disputat, statuitque non extinguiri: quia licet mandatum de faciendo aliquid expiret morte concedens, ex cap. Relatum. & ex cap. Gratum. De officio delegati: non tamen gratia factæ ex cap. Super gratia, eod. titulo, in sexto. Sic enim (ut ex eodem cap. haberi notat Glossa summaria) mortuo Papanon expirant gratia per ipsum ad beneficia concessæ: nec etiam potestas conferendæ aliqua beneficia, facta alicui nulla persona expressa, expirat morte concedens, ex cap. Si cui. De præbendis, in sexto. Pari ergo ratione iudicandum est non expirare

licentiam audiendi confessiones, morte illius qui concepsit. Adde ex Soto in 4. dist. 18. quest. 4. art. 3. col. 10. nec per execracionem ab ipso incursum: ita ut si quis postquam facultatem audiendi confessiones alteri delegavit, excommunicetur etiam nominatus, nos ideo celeriter delegato ipius, iurisdictionis vsus. Hoc ipsum dubium Suarez tractans tomo. 4. diffut. 27. sed. 4. num. 8. & duabus sequentibus affert Nauarre: excipiens tamen casum, in quo facultas concederetur sub hac forma, usque ad beneficium nostrum. Cum enim beneficium personae ex ipsa persona pendeat, talis concessio limitatur ad personam concedentis: ideoque per huius mortem illa extinguatur. Si queratur quo iurisdictionem accipiat electus post mortem eius, qui eligendi protestationem contulit. Responderet Suarez accipere ab eomer, virtute illius voluntatis efficacis, quam tunc habuit, cum praedictam facultatem conferebat: quia voluntas non retractata absque alia noua, sufficit ad rationem priuilegii non obstante concedentis morte. Est enim gratia: quae, ut praediximus, non expiat morte concedentis.

Oclausum dubium, An licentia de eligendo Confessario finiatur per primam electionem.

96. **D**EHOC ETIAM DISERTUS NAUARRE LOCO CITATO NUMERO 166. & QUATUOR SEQUENTIBUS: ADMITTITUR QUEM CUM PALUD. EUM QUI HABET FACULTATEM ELIGENDI CONFESSARIUM POSSIT NUNC ELIGERE VNUM, NUNC ALIUM TOTIES QUOTIES VOLVERIT. FUNDAMENTUM ILLIUS EST, QUOD QUAMVIS FERMO SIMPLICITER PROLATUS DEBEAT IN ONEROSIS & ODIOSIIS INTELLIGI DE PRIMO TANTUM ACTO, (SIC ENIM DIPENSATIO FACTA ALICUI, UT POSSIT DUO BENEFICIA INCOMPATIBILIA OBSCINERI, INTELLIGITUR DE DUOBUS PRIMIS BENEFICIIS EX CAP. Non potest. De præbendis. in sexto. Et promulgatio doris facta alicui cum nuplerti, intelligitur tantum de primis nuptijs, & clege doris promissio. ff. De iure dotorum; in parum onerosis tamen, & satis favorabilibus, intelligi potest cum extensione ad actus iteratos: argumento legis P. acer. ff. De liberis & posthumis; addito quod ut odiar restringi, sic conueniat fauore ampliari, & ex Regula 15. iuris, in sexto. IAM VERO GRATIA, DE qua loquimur, eligendi Confessarium nemini onerosa esse videamus, sed tota est favorabilis: ut potest concessa in anima fauorem ad liberius exequendum consilium de optimo Confessario deligendo, datum in cap. 1. De penitentia distinet. 6. perilla verba Sacerdoti meliori quam potest confiteatur.] Quare confessaneum est facire, quod ea non consumetur primo actu. Libenter tamen admittit id, quod ex Joanne Andrea adserit. Sylvestri in verbo Confessio 1. question 7. tuclus esse in facultate expiri, ut quoties confiteri volverit qui eam petit, Confessarium eligere possit.

Nonum dubium, An eo ipso, quod quis se gerit pro Parochio, vel alio Ordinario habeat iurisdictionem, ad hoc saltem sufficiemt, ut u. qui illi bona fide confessus est, non teneatur confessionem suam tanquam inuidam iterare.

97. **A**D HUIUS EXPLICATIONEM FACIUNT QUAE LATI DISPUTAT Sanchez in lib. 3. De matrimonio disput. 22. EA COMPLECTENTUR ALIQUIT PROPOSITIOMIBUS, TACITIS AUTHORIBUS, QOSILLE COMMEMORATA ABUNDE.

Prima est: inuidam esse confessionem factam habenti impedimentum iuris diuinij, vel naturalis; sicut habet non initiatus sacerdotali ordine, qui requiritur iure diuino in ministerio Sacramenti penitentiae, per antedictum in cap. 1. Itemque is, qui sacerdos quidem est, sed carens iudicio, naturaliter requirit ad eiusdem Sacramenti administrationem. Quae propositio de se patet: quia defectus iuris diuinij, vel naturalis nequit humano iure suppliri: sicut nec inferior in Superiore ius imperiumue exercere; quod ne quidem par in parem conceditur: ex lege. Nam Magistratus. ff. De receptis arbitris. Vnde est, quod Ecclesia circa Sacramentorum substantia, quorum author est Christus, nihil possit: prout satis insinuatum est Concilio Trident. sess. 21. initio c. secundi.

Secunda propositio (pro qua loco cit. num. 49. Sanchez multos citat) est: iterandas esse confessiones sacerdoti, qui est communis errore Parochus aut Praelatus legitimus putatur, nullam tamen habuit iurisdictionis titu-

lum collatum a legitimo Superiore valente illum conferre. Hec quoque patet: quia iurisdictione non acquiritur, nisi eam coferente cuiusmodi Superiore; nec confessio sine iurisdictione potest esse valida. Dictum est valente illam conferre; tum propter Archiepiscopum, qui etsi aliquid superioritatis habeat in Episcopatu sui Suffraganei; non tam tam, quia in illo conferre possit iurisdictionem necessariam ad confessionis validitatem; tum etiam propter eum, qui quamvis sit verus Praepositus, siam tamen iurisdictionem delegat in casu, in quo non potest: ut cum est nominatum excommunicatus: tum demum proper electum ad praetoriam, sed nondum confirmatum, nisi dignitas talis est, quae confirmatione non indigeret, sed illius collatio seu prouisio obtineret vim confirmationis. De quo Sanchez in sequenti numero 52.

99. Tertia propositio est, non esse censendas inuidas effectu iurisdictionis, confessiones factas ei, cui a Superiore valente conferre, collatus fuerit Pastoralis titulus, etiam ob aliquod virtutis latens inuidus: si communiter existimet accepisse validum, sufficientemque habere iurisdictionem, siue ordinariam, siue delegatam: ut contingere potest ei, qui per simoniam acquisivit parochialia beneficium: iuxta illud in Extravaganti communis De simonia. §. Per electiones. Virtus omnino careant quorundam beneficiorum adoptions, quae simoniacae contigerit labore fieri.] Ad cuius propositionis confirmationem inducitur cap. Infamis 3. quest. 7. §. Verumtamen: itemque lex Barbarius Philippus. ff. De officio Praetoris. Utriusque verba Sanchez habet initio citatae disputationis. Ratione vero confirmatur, quia sequentur alioqui inconvenientia gravi & scandala, dum populus confessus ei, quem a Superiore accepisset, siue ordinariam siue delegatum pastorem, & bona fide admisisset, compelleretur de anima sua statu dubitare: utpote qui tali confidito, in vanum laborauerit. Cum igitur eiusmodi malis Ecclesia possit occurrere, iurisdictione in tali casu deflagando ei qui sed alioquin creditur eam habere, existimanda est id facere: & nominativum per memoratum §. Verumtamen: quem de iurisdictione in foro externo intelligi, nihil refutatur, quia (ut bene adnotat Sanchez in lib. 3. de Matrimonio disput. 22. num. 13.) initiatum sacerdotalem ordinis forum internum anima quoad iurisdictionem, ciudem rationis est cum foro externo Ecclesiastico, prout parer ex eo, quod Sacerdos, qui in externo foro Ecclesiastico absoluere potest aut ligare, possit etiam in foro interno anima: unde sequitur postle confessiones valide audire.

Ceterum ut propositorum procedat, oportet populi errorum esse communem; proprieatam quod ex errore paucorum (quantumvis Superior qui titulum contulit sit de eorum numero) non oriuntur faciliter inconvenientia gravi & scandala, si etiam communiter sciant veritatem. Oportet quoque probabilem esse: quia improbabilitas, seu crassus & superius error, cum aequaliter scientia, non excusat errantem; ex cap. 2. De const. in 6. Non refutatur impedimentum illud, quo titulus a Superiore collatus inuidus est, esse alibi notorium, aut etiam aliquando notorium suffice, vbi confessiones audiuntur: quia nunc non esse ibi notorium, sufficit ad communem & probabilem errorem constituendum inter eos, qui tali Confessario exposito confitentur: adeoque ad ipsos bona fide confitentes excusandos. Videri potest Sanchez in praedicto num. 6. & aliquot sequentibus.

100. Quarta propositio (quam idem in ead. disput. quest. 6. lati tractat) est, valere abolutionem datum ab eo, qui cum antebonum haberet titulum, aliquia de causa illius amiserit: dummodo tamen amissio illa non sit notoria: ut si Parochus ipso iure, ut per sententiam iudicis privatus sit titulo suo, possessioneque sularius, sed non adeo notoria, quin possessionem factam retineat, & a Superiore toleretur. Ratio est, quia gesta pertalem, valent in foro conscientiae, argumento ante memoriam legis Barbarius Philippus. & autoritate Glossae ad cap. Dudum 2. De electione. Verbo Deceper, à Canonistis communiter approbata, teste Panormitanus, ad idem c. numero 20. Qui & vult id adeo verum esse, ut tali Parochio confessi, non teneant suas confessiones iterare, quando posse facilius illorum sufficie iure ipso privatum suum titulum: id quod Nauarius ad cap. Placuit depanit in dist. 6. num. 180. mi-

rifice commendat. Procedit a item, siue talis tanquam Ordinarius, siue tanquam delegatus se gesserit: Id quod latius Sanchez tractat in *praed. qnaest. 2.* & fatis constat a pari per illud quod statuit in cap. Infamis Tertia question. septima Si seruus, dum putatur liber, ex delegatione sententiam daret; quamvis postea in servitatem de pulsus, sententiam ab eo dictam, rei indicatam firmataem tenere.

Porto si amissio eiusmodi notoria esset, absolutionem datum non valere constat; per illud quod sub initium prius citati capituli Dudum, quidam ipso iure priuatus suo titulo, dicitur damnabiliter decepsisse animas, quarum cura nullatenus ad eum amplius pertinebat. Id quod (*inquit Nauar. in praed. num. 179.*) nulla alia ratione verificari potest, quam quia absolutiones subditorum, qui ei per priuationem tali subtrahiti fuerant, nullae erant.

^{101.} Aduerte quod *in sequenti num. 181. & 182.* idem haber dignum obseruatione: eum qui bona fide confessus est intruso, vel alteri non habenti in ipsum iurisdictionem: putans (sed errando per rusticitatem quandam) id sibi licere; vbi primum se non potuisse tali confiteri rescuerit, teneri factas ei confessiones iterare, non item alias, quas dienceps fecit suo Parochio, aut alteri iurisdictionem sufficientem in ipsum habent: quantumcumque dum faceret, recordaretur peccatorum confessorum eidem intruso, aut non habenti iurisdictionem, nec tamen ea expresserit, eo, quod bona fide pararet se de illis iam esse legitimate confessum: & ita quibusdam, qui cum ad trigessimum, aut quadragessimum annum peruenient, recordabantur confessiones peccatorum se in pueritia fecisse alienis Sacerdotibus, idem Nauar. respondit, ut ipse testatur in *citato numero 182.* eos teneri tales confessiones iterare: non autem illas, quas proprijs Sacerdotibus legitime fecissent.

Decimum dubium, An licet Penitentie Sacramentum administratum iurisdictione dubia, aut tantum probabili.

^{102.} **H**uius explicationem bonam habet Suarez *tomo quarto disputationis 26. sectione sexta.* Eam completemur dubiis propositionibus, præmissa distinctione dubij in proprie dictum, quo intellectus suspensus manet, & ances, nec in alterutrum partem determinari potest, per indicium potius probabile: & in impropte dictum, quo intellectus determinatur quidem ad alteram partem per iudicium probabile, sed in certum. Quod tribus modis fieri potest; nam vel utraque pars iudicari potest æque probabilis, vel una probabilius esse, quamvis altera quoque sit probabilis vel denique vnatantum probabilis, eo quod altera non habeat fundamentum probabilitatis, neque ipsa habeat certum & evidens.

Quia cum ita sit, pro explicatione istius dubij prior propositio est. Cum dubium fuerit propriæ dictum, nunquam licere durante eo ut hoc ministerio, nisi concurrente duplice conditione: vna est, ut evidens occurrit necessitas. Altera ut sub soluto detur sub conditione, & cum onere illa peccata denuo, nostra opportunitate confitendi alicui iurisdictionem habenti certam. Hæc probatur, quia sine iurisdictione Sacramentum Penitentia non perficitur. Ergo quantum quis dubitat de iurisdictione, tantum dubitat de validitate eiusdem Sacramenti: atque adeo administrans illud cum propriæ dicto dubio, aperte leponit periculo faciens Sacramentum nullum: quod temere faciens, morali alter peccat, tanquam temere expones se facilem periculum; perinde ac ille se ponit, qui materia vel forma dubia in quois Sacramento administrando voluntarie vitetur. Concurrentibus autem duabus propositis conditionibus, cessat periculum talis peccati, cum ceteris inordinario voluntatis, & irreuerentia Sacramenti. Nam necessitas facit, ut non agatur temere, & ex irrationali voluntate. Absolutio vero sub conditione tollit sacrilegij periculum, cum nihil ea ponat in esse, si conditio ipsa non subsistit: si vero subsistit, perficiatur Sacramentum. Circa quod moneret Suarez talem necessitatem debere consurgere: tum ex parte ministri, nempe ut non occurrit alius, qui certiore habeat iurisdictionem: alioqui enim necessitas non virget; tum ex parte penitentis, ut quando is debet necessario Eucharistiam suscipere, aut postea per longum tempus ne-

quit confiteri: nam aliquo dubiam confessionem ficeret sine rationabili causa: & per consequens sine excusatione à peccato.

Monet etiam, tunc optimum esse consilium confiteri aliquod veniale peccatum, ut tollatur omne dubium de valore Sacramenti ex defectu iurisdictionis, quia quilibet Sacerdos ex antedictis num. 65, sufficientem habet ad soluendum directe à venialibus; licet forte non habeat absoluendi directe à mortalibus: de quibus cum confessio fit illi, de cuius iurisdictione dubitatur dubio propriæ dicto, ea iteranda est, oblata opportunitate confitendi Sacerdoti iurisdictionem certiore habent: cum semper maneat morale dubium, an eadem mortalia fuerint vere supposita clauibus, prout supponi debent ab eo, à quo commissa sunt quamdiu non habet morale certitudinem id se sufficienter praestitit.

^{103.} Posterior propositio est: Improprietate dictum dubium de iurisdictione Sacerdotis non obstat quo minus is Sacramentum Penitentia administrare possit. Probatur, quia tale dubium est in speculatione, non in praxi: quandoquidem opinione probabili vel licet in moralibus: de quibus certa scientia non habetur; sicut nec de salubribus, & insalubribus: ita ut pro moraliter certo recipiatur, quod versatur in opinione probabili: qualis est ea quæ nimirum ratione, quæ ad absentendum, possit virum prudentem mouere. Sed obiectum potest, probabilitatem opinionis de iurisdictione Sacerdotis non facere, & ea in illo sit re ipsa, prout necessarium est ad validitatem Sacramenti Penitentiae. Cui obiectioni ut satis faciat, multa dicit Suarez: sed sufficit quod inter cetera ille docet num. 8. opinionem probabilem, in qua Confessorius fundatur ad audiendam confessionem, non facere quidem ut is iurisdictionem re ipsa habeat; facere tamen ut confessio ei facta bona fide, sit recta, ipse que dando absolutionem conficiat verum Sacramentum, virtute iurisdictionis, quam à iure habet absoluendi à venialibus. Concurrunt enim ex parte quidem penitentis, ut supponimus, debita dispositio cum integra confessione: ex parte Confessarij vero, iurisdictione circa aliquam partem materie, quæ sufficit ad valorem absolutionis, quando penitentis bona fide procedit. Sic enim qui peccatum haberet reservatum, si illius obliuiscatur dum confessionem, quantum potest, integrum facit suo Parochio: hicque (etiam si iurisdictionem non habeat in tale peccatum) illum absolvat, valida est absolutione, ut docebimus suo loco in sequenti parte, cum de absolutione à reservatione agatur ex instito: neque reservationem postea degeneretur iterare totam confessionem, sed tantum de reservato confiteri Superiori. Par ergo modo valida potest esse absolutione data ab habente dubium iurisdictionem circa mortalia. Quanquam, quia in re tanti momenti conuenit tenere certum, & relinquere incertum; bene moneret idem authoris nisi gratis rationabilisque causa virget, tam Confessio, quam penitenti etenim semper est illa meliori actioni via, ut Confessarius certam aut probabiliorem habens iurisdictionem, praefieratur dubium aut minus probabilem habent.

Vnde decimum dubium, An si Parochus vel Episcopus concederit Sacerdoti licentiam audiendi confessiones, & idem Sacerdos adhuc ignorans confessionis, confessiones audiat: an, inquam, illa valeant.

^{104.} **A**d huius explicationis faciunt, quæ habet Sanchez in libro tertio de matrimonio *disput. 36.* Ea autem continentur distinctione hac. Si Parochus eam licentiam concederit Sacerdoti, qui ad illam petendam nuntium miserit, valebitur confessiones: quoniam eiusmodi licet rationem habet privilegium, quod imperatum per procuratorem vel nuntium valet à tempore, quo intimatum est eidem procuratori vel nuntio, ab ipsoque acceptatum, tanquam donatio; in qua sicut in ceteris contractibus, negotium transfigi potest per procuratorem, vel nuntium ad id destinatum. Si vero Parochus concederit licentiam motu proprio, vel ad instantiam aliquius non missi a Sacerdote cui concessit, non valent confessiones factæ eidem Sacerdoti licentiam ignorantis, aut scienti quidem, sed per alium, quam per impenetrantem, aut per nuntium ad petendum à se missum, vel certe

certè destinatum à concedente ad concessam licentiam ei intimandam. Ratio est, quia haec licentia, cum sit concessio facta homini ad actum externum, oportet ita externam esse ut ei innotescat. Quando autem ei cui conceditur, nondum de illa factus est certior; perinde est respectu illius ac si interna tantum esset. Debere vero certiore fieri per nuntium ad id destinatum, probatur ex eo quod talis concessio sit donatione quædam; & donatio, ut omnino valida sit, & irreuocabilis, tale quid requirat: cum sit contractus quidam, culus perfectio in voluntatum vincione consitit; neque absentium voluntates in unum veniunt, nisi voluntas vii eorum per epistolam seu nuntium ad id ab eo missum intimetur, pro quo in præced. lib. i. disp. 6. n. 3. plures authores idem Sanchez referunt.

Dusdeceimum dubium, Quid dicendum sit quando licentia concessa reuocata est, nec deruocatio-
ne confusat.

105.

Consentaneè proximè dicitur, ad hoc respondendum est cum memorato auctore in eadem disputatione numer. 9, non sufficere ad cessationem iurisdictionis reuocari eis licentiam datam, nisi reuocatio intimiretur per nuntium ad id destinatum illi, cui concessa fuerat: ita ut ante eam intimationem confessionis eidem factæ, sint validæ, etiam si ille aliunde reuocationem norit. Ratio est, quia per eadem causas res nascitur, & dissolvitur: extra De regulis iuris. Sed collatio licentia ad audiendas confessiones, vt efficax sit, requirit notitiam illius per nuntium ad id destinatum, ut ante habuit est. Ergo illius dissolutio, seu reuocatio parem notitiam requiret. Nota obiter quod idem auctor addit ibid. in fine: licentiam semel concessam reuocari posse ad libitum, quia est merita gratuita: omninoque pendens à voluntate concedentis. Nota item cum eodem, in sequenti disputatione 37. n. 2. ordinariè credendum esse dicentis se licentiam à proprio suo sacerdote habere confitendi alieno: quia pœnitentis forum non exigit aliud testimonium, quam pœnitentis consentit.

Decimumtertium dubium, An facultas generaliter concessa alieni ad absoluendum à quibusvis peccatis & censuris, si semper accipienda generaliter, an vero patiatur exceptionem aliquam.

106.

Ad quod respondentum est iuxta post dicenda in secunda parte lib. 4. cum agetur de absolutione à casibus reservatis: tres haberi exceptiones, quibus eam generalitatem restringere oportet. Prima est criminis hæreses, cuius absolutio non conceditur, iuxta Romanæ curie stylum, nisi de econominatio[n]e fiant mentio. De quare Nauarri. In Enchir. cap. 27. vbi de regulis Confessorium 5. Secunda est criminis particularis, quod præiulmo à Superiori, probabilissimum est, quod illius absolutionem nusquam commisit: vt si quis in gravi scandalum populi Christiani, & reipublicæ permisceret, inquit occidisset Prelatum magni nominis: nam, vt habet 8. reg. iuris in 6. in generali concessione non venient ea, quæ quis non esset vero similiter in specie concessurus.

Tertia est casuum occulotorum reservatorum Papæ, nec deductorum ad forum externum: quorum absolutionem Conc. Trid. sess 24. de reform. cap. 6. commitit Episcopo. Quia enim sic sit talis commissio, vt Episcopus per se absoluere debeat, vel per Vicarium ad id specialister deputatum, generalis facultas eidem Episcopo data absoluendu[m] ab omnibus casibus sibi reservatis, patitur exceptionem in memoratis, qui requirunt speciale mentionem de ipsis factam, vt censeantur commissi.

C A P V T N O N V M.

D e p o t e s t a t e executionis.

S V M M A R I V M

107 Potes[t]as executionis hic dictatur liber iurisdictionis vsus preternaturali[m] habilitati[m] necessarius ad pœnitentia sacramentum administrandum.

108 Modo quibus impedit potestas iurisdictionis.

109 Quis posse in alio potestatem iurisdictionis impedit.

110 Per quam Ecclesiasticam censuram potestas executionis impeditur post Concilij Constantiensis decretum, Ad uitanda, &c.

111 Duplex eiusdem decreti tenor, & secundum quem sit vsu reperitus.

112 Qui est nominat excommunicatus, non est censendus eo ipso nominat denunciatus.

113 Quod dicitur de excommunicatione, dicendum est pari ratione de alijs censuris, quod effectum impediendi potestatem executionis.

AD sacramentum pœnitentiae à Christo in forma iudicij institutum, via potestas executionis necessaria est, quam Sacerdos habere debet à natura: nimis tamen posse audire, aut alio modo percipere confessionem pœnitentis: itemque loqui posse ad dandam absolutionem, quæ in verbis consitit: ac denique ratione uti posse, ad ferendum iudicium de eiusdem pœnitentia statu. Necesse est & altera, quæ plenior explicatione, tradenda hoc loco: quæ non non est aliud quam liber & non impeditus iurisdictionis in foro interiori vsus: ideo necessarius Confessario ad absoluendum valide, quod sine eo, iurisdictionem habeat tanquam gladium in vagina conditum, quem nequit educere ad secundum.

In aliquo autem iurisdictionis vsus impeditur duobus modis, ultra eum qui non a iure Concilij Tridentini sess. 25. cap. 15. constitutus est, est de factus approbationis Episcopalis, in eo quin Sacerdotes iurisdictionem haber tummodi delegantur: cuius explicatio habebitur per illa, quæ postea in cap. 15. & 16. ex instituto dicenda sunt de eadem approbatione. Prior modus est per excommunicationem, autiam Ecclesiasticam censuram, qua iurisdictione suspenditur, seu exerceri prohibetur sufficienti Superioris auctoritate. Posterior vero est per casuum reservationem. De quoque autem eorum duobus sequentibus capitibus sigillatim dicuntur, quædam præcognoscenda annotabimus in presenti.

Quis iurisdictionem habentium possit illius executionem in altero impedit.

S E C T I O P R I O R.

Norandum igitur est primò ex Paludano, in 4. distin. 17. quæf. 4. art. tertio concl. 2. cum iurisdictionem habentium, alijs habent ordinariam ex officio pastorali, alijs extraordinariam ex commissione. Et ordinariam habentium in solidum, respectu eorumdem subditorum, alijs sint pares; vt duo qui eiuldem parochie constituti sint Parochi in solidum; alijs vero alijs superiores, vel inferiores vt Papa, Episcopus, & Parochus. Notandum est, inquam, eos qui extraordinariam, seu delegatam tantum habent, sicut nulli iurisdictionem dare possint, ita illius usum in nullo impedit posse. Vnde (inquit Palud.) si quis talium prohibetur, ne aliquis alteri conferetur sine sua licentia, derideretur. Eorum vero qui ordinariam habent in solidum, paresque sunt, vnum posse contra inhibitionem alterius; non tantum per se illam exercere, sed etiam exercitum illius alteri committere; quia per eam non habet imperium: lege Nam Magistratus. ff. De receptis arbitris. Ex carceris autem, illum qui superior est, multo maiore ratione posse iurisdictione sua vti, sive per se, sive per commissarium suum, contra inferioris prohibitionem: quia multo minus in maiorem, quam in paré habetur imperium. Eum porto qui inferior est, licet possit sua iurisdictione vti, & eam committere alteri, sine Superioris licentia; non posse tamen contra eiusdem inhibitionem, cum Superior in inferiori habeat potestatem coactuam, ex citata lege, Nam Magistratus: talique prohibitione Superior inferiori, assumpto (iuxta antedictum. 23.) in partem sue sollicitudinis, subditos subtrahat. Quo sit, vt ille tentans contra eandem prohibitionem iurisdictione vti, sive audiendo confessiones, sive earum auditionem alteri commitendo, nihil validè faciat: perinde ac Carpianus, à cuius conspectu amota sunt omnia ligna, incassum conatur vti arte sua fabrili.

Que